Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

9m Capm

partes corporis ex toto relinquens in gut
ture motus et tumefactiones horribiles
faciebat. Virgo autem sancta gutturi appo
nens manum insigniteque signumque crucis
faciente cum eas spiritum nequam totaliter expulsit
et feminam illam ex toto sanavit dicentibus
omnibus qui astabant. Verum quia remanserat
afflicta et debilis ex precedenti vexatione spiritus
per aliquam moram propriis brachiis et pectore
sustentavit et tandem mandavit ut a
ibus aliquibus approximaretur ut confortata tu
rediret ad propria quod et factum est. Illa vero
sic curata cum primo liberata esset ac postquam quiete
aperuit oculos et vidit se in tanta multitudine
in domo seu castro domine sue petebat a suis
qui aderant. Quis me huc duxit aut
quando ego huc veni. Illis vero dicentibus
quia fuerat a spiritu maligno vexata. Illa re
spondit. Nullam de hoc memoriam habeo sed bene
sentio me in toto corpore confractam tam
ac si quolibet in membro fuissem duro
ligno percussa. Post hec liberatrici sue
gratias humiles agens proprio gressu
ad propriam reversa est que ad aliena paulo ante
tracta fuerat manibus aliorum. Huius autem
signi preter dictam dominam bladinam que adhuc
superest et prefatum fratrem sanctum alexium
et franciscum socios sancte virginis qui
et que iam migraverunt nunc non aliqua
cognata virginis que adhuc vivit plus
quam triginta utriusque sexus persone fuerunt
testes de visu quarum nomina non accepi et
ideo hic non scribo. Plura quidem alia signa
circa fugationes demonum fecit dominus ihesus
per hanc sacram virginem sponsam suam
que non sunt scripta in capitulo isto. Sed hec
scripta sunt lector ut possis perpendere quan
tum donum e celo recepit virgo de qua
est sermo in effugandis spiritibus tamquam
illa que plenam victoriam contra ipsos nequam

fortissime pugnando iam obtinuerat
christi gratia comitante. Et hic sit huius
capituli finis :· De dono prophetie quo hec sacra
virgo vigebat et quomodo per illud plures
liberavit a periculis utriusque hominis. c. x.
Incredibile forsitan tibi
videtur lector bone id quod
in presenti narrare in
tendo sed illa novit veri
tas que nec fallit nec falli
potest tam et taliter fuit in experimento
notum quod nichil possit apud me certius
reperiri de actibus humanis non propriis.
Erat siquidem in hac virgine sacra
spiritus propheticus tam perfectus et tam
continuus quod nichil poterat eam latere
ut videbatur de pertinentibus ad eam sive
ad eos qui secum conversabantur aut ad
eam recurrebant pro salute anime sue
Necerat nobis conversantibus cum ea possibile
quicquam boni vel mali alicuius agere
ponderis in absentia eius quod eius noti
ciam preteriret. Sic frequentissima immo
quasi continua nos experientia docuit. Et
quod mirabilius est cogitationes cordis
mei sepe ita perfecte michi dicebat ac
si per eam non per nos cogitata fuisset
Ideo ego de me ipso et id ipsum fateor co
ram tota christi ecclesia militante quod plu
ries cum me reprehenderet de quibusdam
cogitationibus que tunc actualiter mea ver
sabantur in mente. Egoque quia non erubesco
fateri pro sua gloria declaranda mendac
tem mendaciter excusare ipsa mihi respondit
Quare mihi negatis illud quod ego clarius vi
deo quam vos ipse qui cogitastis. Ac post hec
saluberrimam adhibebat doctrinam circa eadem
materiam quam exemplo suo eciam demonstrabat
Hoc ut dixi pluries mihi accidit teste illo
qui nichil ignorat. Sed nunc magis ad

Nota

Nota

Nota

Nota